UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 23. An tribunal hoc jurisdictionem habeat adversus delegatos Papæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

## SUMMARIUM.

1. *Injuriarum tenetur, qui temerè quempiam pulſat judicio vigintiduumvirali.*
2. *Cauſa juſta litigandi quando abeſſe videatur.*

1 VOcans quempiam in jus coram hoc tribunali ſine juſta litigandi cauſa, injuriarum actione tenetur, *l. injuriarum §. ſi quis l. item apud Labeonem §. ſi quis de injuriis l. qui injuriarum ff. eod. late Suadianus §. 1. numer.* 16. *inſtit. eod. tit. Peck de jure ſiſt. cap.* 18. juſta autem cauſa litigandi abeſſe cenſebitur, ſi id, de
2 quo conqueritur non probet, quia probationis hac in actione defectus doli atque calumniæ præſumptionem inducit, *late Benintendus Bononienſi dec.* 74. *Crav. conſ.* 262. *num. fin. & conſ.* 214. *col pen. & fin. Bald. l. qui crimen C. qui accuſ. non poſſunt. Repert. Fel. verb. accuſator, an calumniari dicatur. Hieronymus Giacharus in ſuo conſilio ſindicatus num.* 222. *cum ſeqq ad Iulium Clarum,* qua de re plenius apud Menochium *lib. 5. præſ. 25. & de arb. jud. lib. 2. caſu* 321.

---

## *QUÆSTIO XXIII.*

### An tribunal hoc juriſdictionem habeat adverſus delegatos Papæ.

## SUMMARIUM.

1. *Inferiores regulariter non habent juriſdictionem in delegatos Papæ.*
*Delegati Papæ ab inferioribus reformari non poſſunt.*
*Delegati Papæ corriguntur ab ordinario, cùm juxta formam eis traditam non procedunt aut non purificato reſcripto.*
3. *Delegati corriguntur ab ordinario ob ineffrenatos proceſſus, vel ſi ſint negligentes.*
4. *Si nulliter procedant.*
5. *Si delinquant in cauſa ſibi commiſſa.*
6. *Si delinquant in ſportulis.*
7. *Vt evitetur ſcandalum.*
8. *Iuris executio non habet injuriam.*
9. *Delegati non ſubjacent vigintiduumviris, ſi procedant abſque ſordibus & corruptela.*
10. *Diœceſanus regulariter non cognoſcit de juſtitia ſententiæ judicis delegati.*
11. *Diœceſanus cognoſcit de ſententia diſpenſationis delegati eo fine tantum, ut ad Papam remittat.*

Licet judices inferiores quantumvis ordinariam juriſdictionem habentes, ju- 1
riſdictionem non habeant adverſus delegatos Papæ, qui hoc reſpectu qui-
buſcunque aliis majores cenſentur, *cap. ſane de offic. delegati Gem. cap. legitima
num. 14. de app. in 6.* aliquot tamen in caſibus ſubijci poſſunt judicibus ſibi inferiori-
bus, *Petr. Belluga in, in ſpeculo principum Rubr. 38. de præſidibus uſurpantibus juriſdict.
§. conqueruntur num. 4. & ſeqq. Card. Clem. nolentes § notarii num. 2. de hæreticis Abb.
cap. fin. nu. 1. ubi Apoſt. de reſcriptis.*

Primò, Cum delinquunt extra cauſam iis commiſſam, vel in cauſa eis commiſ-
ſa litem ſuam faciendo, *Auth. quia in provincia ubi DD. C. ubi de crimine DD. Clem.* 2
*1. de offic. ord. ubi Io. de Imola Bellugas d. nu. 4. & 5.*

Secundò, Ratione negligentiæ eorundem, vel ob ineffrenatos proceſſus eorun-
dem *DD. cap. ſignif. de offic. ord.*

Tertio, Procedendo extra formam eorum commiſſionis, vel non purificato
reſcripto, *Io. And. & DD. cap. fin. de reſcriptis Bellugas d. num. 4. & 5. Gigas de penſioni-* 3
*bus quæſt. 7. num. 1. & 2.*

Quarto, Si procedat contra diſpoſitionem cap. ſtatutum de reſcriptis in 6. *Na-
var. in rep. cap. cum contingat Rom. 4. num. 2. de reſcriptis DD. ad cap. fin. de reſcriptis ubi
Card. nu. 2.*

Quinto, Si per actum nullum aliquem gravet, ſecundùm *Navar. d. nu. 2. verſ.* A
*6. Io. Andr. d. cap. ſtatutum*, quamvis Gem. *d. cap. legitimo num. 14. de app.* velit, neui-
dem ordinarium cognoſcere poſſe de malo proceſſu delegati Papæ, *Paſtoralis §. fin.
de reſcriptis Feder. de Senis conſ. 115.*

Sextò, ſi non ritè procedant, poteſt enim judex ſignanter ordinarius delegato
minus rite procedenti reſiſtere, *Vantius de nullit. tit. coram quo poſſit nullit proponi num.
21. Rom. conſ. 335. col. 3. ver. 2. quia Io. Andr. Dom. Buto in d. c. ſtatutum §. fin. Franc. cap.
dilecto col. 24. verſ. limita de appellat. Card. Clem. nolentes §. notarii num. 2. de hæret.
in 6. cap. ſignificanti ubi DD. de offic. ord. Decius l. ut vim numer. 24. in fin. §. de juſt.
& iure.*

Septimò, Si delinquant in cauſa ſibi commiſſa, *Pariſ. de ſindicatu §. delegatus
numer. 4. Bald. Anthen. quia leg. pro injuria C. ubi de crimine Card. d. §. notarii* 5
*num. 2.*

Octavo, In notoriis *eleg. Bellentinus de charitativo ſubſid. quæſt. 91. nu. 6.* 6

Nono, Si excedat in ſportulis, *Bellen. ibid. num. 5. tex. ibi Angel. §. volumus
Auth. ut indices ſine quoquo ſuffragio.*

Decimo, ut evitetur ſcandalum *Archid. cap. judicium §. partium numer. Rom.* 7
*3. quæſt. 3.*

Et quidem his & aliis ſimilibus in caſibus coerceri poteſt ab ordinariis dele-
gatorum poteſtas, ſed an delegati poſſint à vigintiduumviris coerceri, quæſtio

eſt, in qua mihi videtur reſpondendum , ſi autoritate delegata procedunt , coer-
8 ceri non poſſe , quia juris executio non habet injuriam; *l.injuriarum §.1. ff d. in-*
9 *juriis.* etiamſi delegatus contra aut præter jus aliquid committat. Dummodo ta-
men ſit citra ſordes, corruptelam aut concuſſionem, judex enim non ideo minus
jus reddere dicitur quod iniquum decernat , *l.jus pluribus §. præter ff. de juſt. &*
10 *jure*, qua de re in folle Menochius, *de arbitr.judicum lib.3.Cent.4.caſu 342.* & ego
ſparſim aliis hujus in tractatus locis. Ut proinde concludam, regulariter ne qui-
dem Diœceſanum de juſtitia vel injuſtitia ſententiæ delegati *Papæ* cognoſcere poſ-
ſe, *late Feder.de Senis.conſ.115.incip. caſus talis eſt, quidam delegatus. DD.cap.cum
inferior de majorit & obedient. Specul. de inquiſit.§.1.verſ. ſed pone quod inquiſito-
res. Bartolom. Bellencinus de charitativo ſubſidio quæſt.91.num.9. cap. ſignificavit de*
11 *offic.ordin.* idque niſi ageretur de periculo animæ, uti de matrimonialibus & ſimili-
bus exempificat Bellencinus, *loco jam citato Archid.cap.induciæ §. ſpatium num. 53.
quæſt.* 3. non tamen quod ideo poſſit cognoſcere de validitate diſpenſationis Pon-
tificiæ illiusve delegati , niſi eo fine, ut illius deciſionem Papa remittat, *cap. or-
dinarii §. ſi vero ubi Franc. verſ. ultimo nota de officio ord. in 6.* Secus ideo in cau-
ſis pecuniariis, *Arch. d.numer.5. in fine d.cap. ſignificavit numer. 2. & 5. de offic.
ord.*

---

## *QUÆSTIO XXIV.*

### Quid ſi judex delegatus appellationi non deferat.

### SUMMARIUM.

1. *Appellationi non deferens, an vim inferre cenſeatur.*
2. *Judex in dubio juſtitiæ zelo motus præſumitur.*

1 JUdex Eccleſiaſticus etiam delegatam habens juriſdictionem , ſi appellationi à ſua ſententia interpoſitæ non deferat, in caſu quo deferre debebat , dicitur lata ſignificatione vim quidem & violentiam inferre; *Ioſephus Seſe de inhibitione & executione privilegiata cap.8.§.3.numer.70.folio.345. Cevallos de cognitione per viam violentiæ quæſt.12.cap. novem. 2.quæſt.1.verb. facere videtur injuriam & cap. licet de offic.leg.* Sed non talem, quæ pactioni vigintiduumvirali ſubiiciatur, ſi judex corruptionis aut concuſſionis aut ſordium expers ſit, quia ut dixi, ad vigintiduum viros cognitionem non ſpectat, an judicis fuerit deferre appellationi, ſed an

judex